ALLEGATIONES CELEBERRIMORVM

Doctiſſimorumq́; Iuriſconſultorum,

IACOBI DE PVTEO

Pro Communitate terræ Valentiæ, contra Communitatem Sancti Saluatoris,

&

LVCHINI DE CVRTE

Pro Communitate Sancti Saluatoris, contra Communitatem terræ Valentiæ,

IN MATERIA CONFINIVM

Quæ ſummo cum labore perquiſitæ, tum maxima etiam diligentia cum veteribus manuſcriptis collatæ exemplaribus Nunc verò primùm editæ ſunt.

CVM PRIVILEGIIS.

Num. 41. 42.
caxo. 9. 8.
num. 25. 16.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

VENETIIS,

Apud Iordanum Zilettum. MDLXXIIII.

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM

RAIMVNDO
FICHARDO
IOANNIS F.
I. V. Doctori eximio.

Iordanus Zilettus. S. P. D.

QVANTVM ego patri tuo debeam, RAIMVNDE FICHARDE, quamq. boni omnes debeant, non ignoro: immo etiam pro eo, quod ei debeo, conor, quantum in me eſt; quod an præſtare poſſim, neſcio; ſed conor certe, vti ſummam meam in eum obſeruantiam, ſingularemq. beneuolentiam, ob eximia eius in me beneficia, & æqui, & iniqui cognoſcant. Cum igitur in te filio vera illa patris tui cernatur effigies, non minùs corporis, quàm animi: quod re ipſa ſum expertus, nimirum beneficijs ornatus tuis, ex eo tempore, quo primùm e Germania te in Italiam mecum duxi, vt ſtuderes Patauij, Iuriq; Ciuili iuxta, ac Pontificio operam dares, vbi initio doctiſſimi viri Caroli Sigonij conſuetudine; quo, me

ALLEGATIO
IACOBI DE PVTEO
DOCTORIS CELEBERRIMI,
PRO COMMVNITATE
TERRAE VALENTIAE,

Contra Communitatem Sancti Saluatoris.

IN MATERIA CONFINIVM.

MAGNIFICI Patres, ac Doctores præſtantiſſimi: Quia factum quæſtionis uertentis inter Communitatem & homines terræ Valentiæ ex una parte, & communitatem & homines ſancti Saluatoris ex alia: uobis, qui in re ipſa examinanda præfuiſtis, notiſsimum eſt; Ideo omiſſa caſus, poſitione, ad iuris allegationes deueniam, oſtendendo pluribus rationibus, Communitatem & homines Valentiæ apertiſsimè iuſtitiam fouere. Et ordo præſentis meæ allegationis talis erit. Quia primum aliquam præmittam. Demum ex ijs præmiſsis & alijs intentionem communitatis & hominum terræ Valentiæ fundabo. Tertiò, argumentis factis pro parte hominum Sancti Saluatoris reſpondebo.

1 Præmitto itaque, quia præſens quæſtio eſt † de finibus: Quòd actione finium regundorum multipliciter agi poteſt. Aliter enim poteſt agi propter fructus & damna data. l. 4. §. poſt litem. ff. fini. regund. Aliter agitur, eo quia fines aliàs poſiti auulſi, ſeu turbati ſunt, ſeu occupati. ut. l. pen. l. ſi conſtiterit. C. fini. regund. l. 3. §. ſi dicantur. ff. eo. & Inſtit. de offi. iudi. §. fin. Et contra iſtas ſunt inſtitutæ accuſationes etiam criminales. l. 1. & 2. & l. lege a gratia. ff. de term. amo. Aliquando autem agitur, ut fines de nouo ponantur, uel ut poſiti, & eiecti ui fluminum, uel alio modo, reponantur. l. 1. &. 2. ff. fini. regund. & §. fin. inſtit. de offi. iudic. Aliquando, & quartò agi poteſt actione finium regundorum, eo quia quis dicat aduerſarium ſuum progreſſum eſſe ultra fines. Et hic aduer-

ALLEGATIO

LVCHINI DE CVRTE,

DOCTORIS CELEBERRIMI,

PRO COMMVNITATE TERRAE S. SALVATORIS.

Contra Communitatem Terræ Valentiæ.

IN MATERIA CONFINIVM.

In fauorem Communis Caſtri, & terræ Sancti Saluatoris: plura occurrunt dilucidanda.

Primò quis in hoc iudicio ſit actor, & reus.

Secundò, quod ius poſſit competere agendi finium regundorum communi Valentiæ.

Tertiò, ſi ius competit agendi de ſingulis exceptionibus inductis per illos de Sancto Saluatore, & hec multipliciter; &

Primò, de ſignis diuiſionis.

Secundò, de poſſeſſione, & hæc ex confeſſione partium, & probatione teſtium de actibus iuriſdictionis.

Tertiò, de præſcriptione.

Quartò, de vſurpatione lite pendente facta per illos de Valentia.

Quarto, principaliter videndum eſt de fundamentis illorum de Valentia, vt confutentur. &

Primò, de eorum ſignis aſſertis.

Secundò de eorum libris de aſſerto archiuio extractis.

Tertiò, de eorum allegata poſſeſſione, & probari nixa, ſi probata ſit.

AGGREDIOR Primum, & oſtenditur cõmune Valẽtiæ eſſe loco actoris in oĩ pro-
1 ceſſu. Nã †qui primus interpellat iudicialiter quæſtionem de fundo, ille primum dicitur actor. ff. de iudici. l. in tribus. l. hoc iudiciũ. ff. com. diuidun. l. & ideo in prin. ff. de condic. furt. ſed coram. D. Raphaele, & Gulielmo primis iudicibus primò propoſuit pars Valentianorũ, ſecundò

reſpondit

TRACTATVS
DE FINIBVS REGENDIS
CIVITATVM, CASTRORVM,

ac prædiorum, tam vrbanorum, quàm ruſticorum, & pro dirimendis, iureq; iudicandis eorum litibus, atque controuerſijs fertiliſsimus, vtilis, & perneceſſarius.

D. HIERONYMO DE MONTE
Iuriſconſulto præclariſſimo auctore.

Nunc denuo poſt omnes, tam Gallicam, quàm Germanicam, editiones, in hac poſtrema noſtra, ab Auctore innumeris locis recognitus, & auctus.

Acceſſerunt huic, ALLEGATIONES IACOBI DE PVTEO, & LVCHINI DE CVRTE, *In eadem materia: quas ſummo ſtudio conquiſitas*, NVNQVAM ANTEA IMPRESSAS, NVNC PRIMVM, EDIMVS.

CVM PRIVILEGIIS.

VENETIIS,
Apud Iordanum Zilettum. M D LXXIIII.

IOANNI FICHARDO,

I. V. DOCTORI:

Et Reip. Franfurtenſium Conſiliario bonorum omnium Patrono eximio.

Iordanus Zilettus. S. P. D.

MIRIFICVS quidam meus amor, quo te iamdiu proſequor, IOANNES FICHARDE, Vir clariſſime, efficit, vt quibuſcumque poſſim in rebus, vel quò me cumque vocet occaſio, tibi gratificari non verear. En igitur a me munuſculum, quod modò tibi; quò ad eius per me fieri potuit; concinnaui. in quo velim te non quid tua virtus, ac liberalitas poſtulent, ſpectare, ſed quid a tenuitate mea præſtari poſſit. qui liber vt tibi verè debetur, optimoque tibi eſt a me iure inſcriptus; ita nolim ab hominibus mihi fortaſſe vitio verti, quòd idem tibi munus aliàs exornarim, cum in hac poſtrema mea impreſſione (iam enim quartum a me imprimitur hic libellus) multa vel correxerit, vel addiderit auctor, quæ librum facilè alterum ab eo, quem

VENETIIS,

Apud Iordanum Zilettum. M. D. LXXIIII.

REGISTRVM:

✠ *ABCDEFGH.*

TRACTATVS FINIVM REGVNDORVM D. HIERONYMI DE MONTE, BRIXIENSIS,

I. V. DOCTORIS CLARISSIMI. S. D. N. PAPAE REFERENDARII, FOELICITER INCIPIT.

CAPVT PRIMVM.

1 *Antequàm ad verborum interpretationem, deueniatur, ſemper erit bonum aliquid de tituli ſignificatione declarare.*

2 *Titulus finium regundorum quid ſit.*

Materiam controuerſiarum confinium vtilem admodum & neceſſariam uarijs in locis ſparſam pro minori Iudicum & Cauſidicorum labore, Deo Opt. Max. opitulante, in unum redigere ſtatui.

ITAQVE vt ea, de quibus tractãdum eſt, magis innoteſcant: Vlpianum Iuriſconſultũ imitari volui in l. j. ff. ſi cer. pet. exponentem, † an-
1 tequàm ad verborum interpretationem deueniatur, bonum eſſe aliquid de tituli ſignifi-
2 catione declarare. Placet igitur mihi, † quid ſit finium regundorum titulus primò deſcribere: & quidem dicas eſſe titulum ſub quo termini vel fines aut limites reguntur, vt habetur in titu. ff. & C. fini. regund. Deinde erit expediens, priuſquàm ad actus iudiciales accedamus, nonnulla ad finales controuerſias, & ad iudiciorum præparatoria pertinentia præmittere.

CAPVT II.

1 *Diuiſiones Regnorum, Prouinciarum, Ciuitatum, Territoriorum, Comitatuum, Diſtrictuum, Curiæ, & agrorum, ac aliarum rerum de iure introductæ fuere.*

2 *Iuriſdictio de iure gentium inuenta, ſed de iure ciuili diſtincta.*

3 *Iuriſdictio apud Hebræos tempore Moyſis diſtincta fuit.*

4 *Iudices timere debent Deum, & odiſſe auaritiam.*